



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118448

§. 86. Seditiois venia Mediolanensibus concessa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67025)

rat, scelera meliori sorte haud quaquam digni; Tanto enim odio insectabatur Gallos, ut quoscunque demum in diversoriis commorantes reperire poterat, clam jugulari præciperet, ac pro singulis, qui neci dati fuissent, unius Ducati præmium occisori constitueret. Hac immanitate detecta, Galli plurimos ejusmodi caupones in propriis illorum domibus ad terrorem aliorum vivos comburi jusserunt: Præterea Cardinalis Ascanius Ducis frater a Venetis captus, Gallis tradebatur, ac Turri Bituricensi includebatur, ex quo tamen, nonnisi biennio detentus Cardinalis de Ambasia favore, atque auctoritate liberatus est.

Sæcul. XV.
A. C. 1500.

In appendice
ad hist. Roberti Gaguin.

§. LXXXVI.

Seditionis venia Mediolanensibus concessa.

Diuturno admodum tempore Ludovici Ducis Filii, Maximilianus, & Franciscus, quos eorum Pater in Cæsaris aula reliquerat, pauperes, exules, ac errantes in Germania hærebant: Mediolanenses quoque nullam sibi in Duce suo, quem nuper tanto jubilo in sua Metropoli exceperant, spem opemque repositam esse probe cognoscebant, quocirca confestim ad Cardinalem de Ambasia supplices confugiunt, ut auctoritate, qua

Marian. lib. 27. n. 37.

Guic. hist. Ital. l. 4.

Claud. Seiss. l. in vita Lud. XII.

Hist. Eccles. Tom. XXXI.

Y

pol-

Sæcul. XV. pollebat, Regis animum ad concedendam
A.C. 1500. rebellionis veniam inclinaret, quod etiam
 Cardinalis precibus datum est, ea tamen
 lege, ut seditionis rei pecuniariam, eam-
 que gravissimam multam sufferrent, cu-
 jus tamen non infima pars non modo
 Mediolanensibus, sed etiam ceteris urbi-
 bus, quæ defecerunt, remittebatur: Car-
 dinalis vero compositis Ducatus negotiis,
 feria sexta Christo in carne passo sa-
 cra Mediolanensi populo significabat, se
 sub conditionibus mox relatis a Rege,
 quæ postulassent, obtinuisse; Posthac
 Cardinalis summa cum auctoritate agens,
 rerum Italicarum, necnon belli, pacisque
 arbiter habebatur. Pontifex quoque
 Virum sibi conciliare intentus, perspecta
 illius ambitione eidem concessit, ut to-
 tius Galliæ legationem a latere exerce-
 ret, quam deinceps toto vitæ suæ cursu
 tenuit, & a Julio II. Alexandri VI. succes-
 sore in ea confirmatus est.

§. LXXXVII.

*Proximum vitæ periculum Alexan-
 dri Papæ ex gravi tur-
 bine.*

Marian. lib.

27. n. 39.

*Bucha in
 Diario &
 part. 2. in
 Alex. VI.*

Hoc anno divinum Numen tum pluri-
 mis, quibus tunc temporis Roma to-
 tius Orbis Christiani caput inundabatur,
 sceleribus exulceratum, in ipso primo Ec-
 clesiæ